

BIBLIA (PROV-APOC)
Österreich?, 1472 Seite 110r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

contra dominum gloriatus est
pauor et fouea et laqueus
super te habitator moab ait
dominus Qui fugerit a fa
cie pauoris cadet in foueam et
qui conscenderit de fouea capie
tur laqueo Adducam enim super
moab annum uisitacionis eorum
dicit dominus In umbra esebon
steterunt de laqueo fugientes quia
ignis egressus est de esebon et
flamma de medio seon et de
uorabit patrem moab et verti
cem filiorum tumultus Ve tibi
moab Peristi populo chamos
quia comprehensi sunt filii tui et
filie tue in captiuitatem Et
conuertam captiuitatem mo
ab in nouissimis diebus ait
dominus hucusque iudicia mo
ab

xlviii

Ad filios ammon hec di
cit dominus Numquid non
filii non sunt israhel
an heres non est ei Cur ergo he
reditate possedit melchon gad
et populus eius in urbibus eius
habitauit Ideo ecce dies veniet
in te dicit dominus et auditum
faciam super rabbath filiorum
ammon fremitum prelii Et
erit in tumultum dissipata fi
lieque eius igni succendentur
et possidebit israhel possessio
res suos ait dominus Vlu
la esebon quoniam uastata
est hac clamate filie rabba
th accingite uos ciliciis pla
ngite et circuite per sepes quo
niam melchon in transmigra
cionem ducetur sacerdotes
eius et principes eius simul

Quid gloriaris in uallibus
Defluxit uallis tua filia delica
ta que confidebas in thesauris
tuis et dicebas Quis veniet
ad me Ecce ego inducam super te
terrorem ait dominus deus
exercituum ab omnibus qui sunt
in circuitu tuo et dispergemini
singuli a conspectu uestro nec
erit qui congreget fugientes
Et post hec reuerti faciam fugi
entes et captiuos filiorum ammon
ait dominus Ad ydumeam hec
dicit dominus exercituum Num
quid non ultra est sapiencia in the
man Periit consilium a filiis In
utilis facta est sapiencia eorum
Fugite et terga vertite descen
dite in voraginem habitatores
dedam quoniam perdicionem esau
adduxi super eum tempus uisita
cionis eius Si vindemiatores
eius venissent super te non
reliquissent racemum si fures
in nocte rapuissent quod suffice
ret sibi Ego uero discooperui
esau reuelaui abscondita eius
et celari non poterit Vasta
tum est semen eius et fratres
eius et uicine eius et non erit
Relique pupillos tuos et ego
faciam illos uiuere et uidue
tue in me sperabunt quia hec
dicit dominus Ecce quibus non
erat iudicium ut biberent
calicem bibentes bibent et
tu quasi innocens relinque
ris Non eris innocens sed
bibens bibes Quia per me
met ipsum iuraui dicit dom
inus quia in solitudinem
et in opprobrium et in desertum